


Auguri natalizi del Santo Padre

Si riproduce, per documentazione, l'autografo con cui il Santo Padre, Giovanni Paolo II, ha fatto pervenire ai Vescovi, tramite il Presidente della Conferenza Episcopale, l'augurio per le festività natalizie 1986 e per l'inizio dell'anno 1987.

Il Cardinale Presidente, in data 19 dicembre 1986, con lettera prot. 1582/86, ha inviato a tutti i Vescovi fotocopia del citato autografo, sottolineando il gesto con cui il Papa « ha voluto manifestare, ancora una volta, la sua vicinanza spirituale ai Fratelli nell'Episcopato, ai Sacerdoti e a tutto il popolo cristiano, esprimendo la sua personale partecipazione ai sentimenti di pace e di serenità presenti nel cuore dei Pastori e dei fedeli ».

Il Cardinale Presidente, inoltre, ha manifestato al Santo Padre il pensiero di profonda riconoscenza: « A nome di tutti i Vescovi italiani, ai quali sarà mia premura inoltrare al più presto copia dell'Augusto Messaggio, desidero ricambiare, Beatissimo Padre, con filiale devozione un augurio che sale dall'intimo del cuore. Voglia il Signore Gesù, che si è fatto bambino per noi, effondere la pienezza dei suoi divini favori nella Persona e nella Missione Apostolica della Santità Vostra e arricchire di consolazioni spirituali l'anno che sta per cominciare, nono del suo Pontificato ».



*Venerabilis Frater,
salutem et Apostolicam Benedictionem*

Pacifico maxime hoc laetificoque anni tempore quo nimirum tu ipse, Venerabilis Frater, atque universi passim simul istius Conferentiae ac Nationis sacri Pastores sedulioveram profecto datis operam ut Christifideles vestri iam fidei maturiore quidem solidioreque pietate ad mysterium summum praepararentur Dei Incarnationis fructuose concelebrandum, adsum praesens et ego frater inter vos hanc per salutationem ex animo ferventem, singularem per gratulationem de Natalicia hac incunclitate, pientissimam per praecationem de Anni Novi MCMLXXXVII

prosperitate.

Memor omnino etiam nunc ipse sum concitati illius apostolatus sub Christi Natalium, quem prompta nimirum abacrique voluntate - sicut et vos ubique his diebus ipsi - procurabam Episcopus ego in patria. Novi probissime quibus animi sensibus erga domos singulas et communitates, erga pauperes et egentes moveamini vos in statione quisque sua. In praesentia igitur particeps esse volo ac debeo illorum pacis et serenitatis affectuum quos intus hoc tempore fovetis, dum pastorem universae iam Ecclesiae curam divino consilio gero eiusque provideo venturae aetati partes in Urbe Petri Beatissimi sustinens.

Accipiatis proinde vos singuli velim Natalicia haec omnia mea et vota ut, quod in praesaepibus arte factis nostris fieri manifesto videmus, reapse hoc Natalicio tempore totumque per Annum in mentibus cordibusque vestris plane contingat, inter clerum et populum cuiusque

vestrum feliciter eveniat, in sollicitudinibus vestris ac dubitationibus ad consolationem animique confirmationem clarissime eluceat. Cuius etiam rei causa maximo quidem in vos amore Apostolicam Benedictionem una cum salutatione hac vobis vestrisque gregibus singillatim in Renascituro Domino saeculorum Rege dilargior.

Ex Aedibus Vaticanis, die x mensis Decembris, anno MCM LXXXVI, Pontificatus Nostri nono.

Joannes Paulus PP